


GENEAGAENA LICHENUM

A. PROF. MASSALONGO

NOVITER

PROPOSITA AC DESCRIPTA



VERONAE
TYPIS RAMANZINIANIS
1854.

GENEACAENA LICHENUM

AB

A. PROF. MASSALONGO

NOVITER

PROPOSITA AC DESCRIPTA



LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

VERONAE

TYPIS RAMANZINIANIS

1854.

QK584

.M38

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

LECTORI

In animo milii est hic breviter describere quae-dam lichenum genera, quorum alia nunc primum a me proponuntur, alia vero a me ipso ad arctiores limites praefiniuntur; perinde ac si satis haud essent nova illa, quae in lichenologiam immisi, nec satis superque sint jam antea statuta. — Hinc mihi ultro veniam, puto, praebent lichenologi, iisque in primis qui mecum non convenient. In methodo quam amplexus sum magis magisque confirmor; eamque recto tramite sequor, pro certo habens, eos quoque vel cito vel serius in meam sententiam abituros.

Illud tantum mea interest, ut lichenologiae cultores sibi persuadeant, me hoc non agere novitatis cau-sa, nec inani cupiditate impulsus, ut aliis praecellam: nec tribuant quod perago ac peregi levitati mentis, aut puerili jactantiae: etenim si quo errore fortasse deceptus fuerim, ut plurimum tamen pro explo-rato haberi possunt ea quae scripsi; quaque com-misi hujusmodi vitia sunt, quibus vix cavere humana

OCT 15 1910

natura potest, innituntur enim speciminibus illis, quae veluti authentica ab eximiis lichenologiae parentibus in vulgus edita fuere.

Quomodo cumque sit, mea collectio documento erit omnibus, quo mea defensio fulciatur. Diagrammata ac descriptiones cunctorum generum cunctarumque specierum, quas ibidem recensui, quamprimum pubblici juris fient, in singulari opusculo, statim ac negotia quibus distineor, et valetudo non satis firma, mihi concesserint. In quadam vero adnotatione posui (in finem hujus opusculi) enumerationes aliquot specierum novarum, necnon emendationes quasdam, quae sunt facienda meis operibus jam editis, quas debo celeb. *C. Montagne*, et amicis praeclaris meis *Körber* et *Krempehuber*.

Ut mei moris est, quae scribo in nullum ordinem nullamque methodum redigo, et de hoc sese jacent cubicularii scriptores. Tantummodo vero religiose servantur distinctiones Lichenum in *Angiocarpus* ac *Gymnocarpus*, quae prorsus sunt juxta naturalem philosophiam firmae et tutae, quid quid dicat aliquis hujus temporis scriptor. Vale.

Dabani Veronae, M. Augusti

1854.

A GYMNOCARPI

I. KOERBERIA NOV. GEN.

Apothecia biatorina, primum punctiformia (fere clausa), dein plus minusve explanata patellaria, excipulo pseudo-thalode in proprium mutato, albo-farinoso, instructa. *Lamina* proligera (carneo-miniata) ceraceo-gelatinosa, tenerrima, hypothecio crassiusculo cum excipulo connivente, imposita, licheninaque (*) praedistincta praedita. *Asci* crebri parvi 8-spori, paraphysibus gelatinosis (apice fuscidulis), obvallati, *sporidia* aEIFormia; vermicularia, contorta, longa, filiformia, flexuosa, dia-phana, homogenea s. unilocularia.

Thallus biformis, primum planiusculus platiphyllinus lobulo-cristatus (supra laete virens, subtus albus), tandem isioideo-filameutoso-ramulosus, teres, undique concolor, e quatuor stratis distinctis constitutus: *corticalis* nempe e cellulis diaphanis pentagonis tetragonisque praedistinctis, *hypothallinicuS* (in statu platiphyllino) subspongiosus, e cellulis diaphanis serialibus praelongis, articulatis, s. parallelogrammaticis: *mesothallinicuS superior*, e cellulis longissimis filamentosis inarticulatis diaphanis ramosis, mucilago achromatica obvolutis; *inferior* e gonidiis multiformibus in substantia mucilaginosa colorata nidulantibus, scilicet e coniogonidiis, dipolygonidiis, ormogonidiis, gastragonidiis, encatogonidiis croceis vitidibusque, nec non idiosporis ferruginiis, compositus. *Spermatocalia*, *tromodoblastia* hucusque ignota.

(*) *Lichenina* est substantia isomerica cum amulo, quaeque caeruleo colore tingeatur per Iodium. Reperitur in *Muscis* et *Lichenibus*, substantiae gelatinosae etiam mixta. Ita ut quum dico *Lamina proligera lichenina praedita*, idem est ac si Cl. Nylanderii verbis, dixerim: *Mucilago hymensa jodio cerulescit*.

Observatio. Nova vocabula et sene parum euphonica quibus hoc loco utor, alibi explicabuntur, necessitas me compulit ut eadem efformarem. Dicatur *hec genus* amico preclaro D. G. Körber Vratislavensi, de recenti lichenologia optime merito.

i) Koerberia biformis Nov. Spec. -

Habit. ad troncos *Populorum* Veronénsium, in oppido vulgo dicto *Cucca*. Legi.

II. COLLOLECHIA NOV. GEN.

Apothecia catothalama lecideina, semper aperta, primum punctiformia, dein patellaria plana, margine excipuloque proprio carbonaceo praecrasso praedita. *Lamina* proligera ceraceo-cornea, atra, licheninaque instructa, strato goniomico crasso imposita. *Asci* saccati 8-10-spori, paraphysibus crassis stipatis crassiusculis granuloso-articulatis, obvallati; *sporidia* costanter dia-phana proteiformia-polymorpha, primum minutissime-subrotunda homogenea monocolularia, inde ovoidea-bilocularia, dein elliptica irregulariter granuloso-nucleifera, tandem (normaliter) baculiformia, contorta, 4-6-8-lucularia.

Thallus limitatus homaeomericus, crustosus, e cellulis goniomicis polymorphis, scil. e gonidiis, coniogonidiis (trichomatisbus) encatogonidiisque croceis viridibusque in substantia gelatinosa inordinate nidulantibus, compositus: *centro* e squamulis corallinoideis, bullosis, *ambitu* laciniato-effiguratis, *hyphotallo* spongioso-fibrilloso, constitutus.

Obs. Genus affine *Lecotheciis*, tamen diversum ob thalli structuram, spororum apotheciorumque naturam. Per multa specimina authentica *Lecideae caesia* quae dissimili aetate accepi, in causa fuerunt propter quin tot judicia protuli de his licheni. Qui penitus dabit operam hujus speciei, aequo animo iudicebit.

2) Collolechia caesia Massal.

Synon. Racoblenna caesia Massal. Ricerch. pag. 140 fig. 275
 (sporae juven.) - Racoblenna Garovagli Massal. Mem. lich.
 pag. 134 - Lecidea caesia Duf. Garov!! etc. -

III. GUSSONEA TORNAB. (EMEND.)

Apothecia patellaria primitus clausa, dein aperta, excipulo omnino thallode marginata. *Lamina* proligera thallo concoloria, *hypothecio* tenui imposita. *Asci* clavati monospori, paraphysitus apiee incrassatis, obvallati. *Sporidia* ovoideo-elleptica majuscula, tetrablassia diplopyrenia, subcolorata.

Thallus subfoliaceus crustaceusve effiguratus, radioso-plicatus, matricibus arcte adhaerens.

3) Gussonea chlorophhana Tornab.

Lich. sicol. pag. 22, 1849 (synon. Acarospora Massal. Ricerch. pag. 27 fig. 44 (protoblastia s. spororum initial) - Lecanora Ach !

4) Gussonea oxytona Massal.

Syn. Acarospora Massal. loc. cit. pag. 28 fig. 45 (protoblastia) Lecanora Ach !

IV. HEPPIA NAEG.

Apothecia in thalli pagina superiore sparsa, primum clausa, dein explanato patellaria, depresso-saccata, urceolata, in thalli pagina inferiore pustularum ad instar, protuberantia. (Veluti in solorina saccata!), excipulo destituta, margineque thallode ele-

rato, undique cincta. *Lamina* protigera tenuis ceracea, lichenina destituta, hypothecioque crasso gonidiifero (non excipulum!) imposita. *Asci* clavati 8-spori, paraphysibus stipatis crassiusculis, obvallati; *sporidia* ovoidea oleoso-granulosa, diaphana, homogenea.

Thallus ea subfoliosus matricibus arce adhaerens s. adglutinatus, submonophyllus subimbricatus, e quatuor stratis constitutus: *corticalis*, e cellulis diaphanis irregularibus saepe obsoletis; *hypothallinicu*s, spongiosus: *mesothallinicu*s *superior* e chrysogonidiis latis, encatagonidiisque croceis in substantia granuloso-amylacea acromatica obvolutis; *inferior* e gastragonidiis magnis, subtilibusque encatagonidiis viridibus, compositus.

Obs. Genus meo quidem judicio distinctum, quodque medium tenet locum inter *Parmellas* et *Collematas*.

5) *Heppia adglutinata* Massal.

Syn. *Lecanora* Kremp! in Flora Regnosa. Ratisb. 1851.

Heppia urceolata Neg. Hepp. Lich. Gürp. n. 49! -

V. CORMOTHECIUM NOV. GEN.

Apothecia catothalama s. ex hypothallo orinuda, siam primitus stipitata, ceqhaloidea globosa, excipulo proprio carbonaceo atro in stipitem subattenuato, praedita. *Lamina* proligna Lichenina praedita, ceracea immarginata *epithecio* scabriuscule intesta, hypothecioque semicupulari cum excipulo connivente praedita, *Asci* crebri subclavati 8-spori, paraphysibus laxis claraeformibus, obvallati; *sporidia* bilocularia elleptica, oblongiuscula subveniformia constricto-didyma, primum diaphana deinde badia, tandem fuligineo opaca.

Thallus cartilagineus bullato-squamosus, ramulosus, in crustam rugoso-plicatam gyrosaunque, caespitosam, pulvinatam, intestiniformem, confertus.

Obs. Differt hoc genus a Buelliis, sicut *Thalliodima* a *Lecidea*.

6) *Cormothecium Dubenii.*

Syn. *Lecidea Dubenii* Fries Sum. Veg. Scand. pag. 114 (Fide Krempel!) *Lecidea Bayerrhofferi* Schaeer Enum. pro parte, non autem Lich. helv. n. 622!

VI. SPORASTATIA NOV. GEN.

Apothecia catothalamia s. ex hypothallo oriunda, primum punctiformia, dein patellaria plana, tandem irregularia, plicato-rugosa, angulata, centro papillata v. punctulato-urceolata, *excipulo* composito (fere duplice), *exterius* e substantia carboniosa atra undique discum obvestiens, *interius* albescens e substantia thalloidea in propriam mutata, praedita. *Lamina* proligera hypothecio agonimico imposita licheninaque instructa. *Asci* ventricosi creberrimi polyspori, paraphysibus mucilaginosis tenuibus granulosis, obvallati; *sporidia* minutissima ovoido-elliptica diaphana, homogenea, trementia.

Thallus subfoliacetus, centro areolatus, ambitu effiguratus lacinulatus, hypothallo spongioso evanescente, praeditus.

Obs. Rationem hujus generis probabunt ii omnes, qui hunc *Lichenem* diligenter in examen adduxerint.

7) *Sporastatia testudinea.*

Synon. *Lecidea morio*. *testudinea* Sch. sp. 133 exs. 227 - *Biatorella* et *Acarospora* *testudinea* Massal. Ricerc. pag. 43 fig. 258 — Mem. pag. 130.

VII. SARCOGYNE FW. (CH. AUCT.)

Apothecia primitus globosa clausa, dein aperta plicato-diformia patellularia, vel sublirellaeformia, *excipulo* composito (sere duplice) instructa: *exterius* (perithecium) subcarbonaceum undique discum obvestiens, *interius* albescens crassiusculum cum hypothecio connivens, praedita. *Lamina* proligera concava v. canaliculata, ceracea, fusca, humecta rufescens, lichenina destituta. *Asci* creberrimi polyspori, oblongo-clavati, paraphysibus conglutinatis mucilaginosis apice fuscidulis, obvallati. *Sporidia* minutissima homogenea, diaphana, ovoidea, trementia (s. motu Browniano exagitata.) - *Thallus* nullus.

8) *Sarcogyne privigna*.

Fw. Bot. Zeit. 1851 n. 43-44 (Fide Koerb!) - *Lecidea privigna* Ach. Meth. pag. 49 - *Lecidea simplex* Borr - *Patellaria* Wallr. - *Sarcogyne corrugata* v. *simplex* Fw. ! - *Acarospora immersa* v. *atrosanguinea* Massal. Ricerch. pag. 152 exclus. Schaer. Synon. - *Biatorella atrosanguinea* Massal. Mem. lich. pag. 130,

9) *Sarcogyne pruinosa* ~~Fw.~~ ^{Massal.}

Syn. *Lecidea immersa* v. *pruinosa* Schaer. Lich. hel. n. 202 - *Mirosperma pruinosa* Naeg. Hepp. Lich. Europ. n. 145! *Biatorella* Massal. Ricerch. 132 fig. 259,

VIII. BIATORELLA DNTRS.

Apothecia hemisphaerica tuberculiformia, basi lata adnata subcarnea, laete miniata, *excipulo* omnino parentia, nucleo medullari, *lamina* proligera lichenina praedita, superiori parte ver-

stito, composita. *Asci* creberimi oblongo-clavati polyspori, paraphysibus tenuissimis flexuoso-capillaribus, obvallati. *Sporidia* elongato-linearia utrinque obtusa diaphana, sporidiolis uniseriatis globosis, foeta.

Thallus leprosus tenuissimus effusus, e meris chlorogoniis coniogonidiisque compositus.

10) *Biatorella Rousselii.*

Dntrs. (Biatora Dur. et Mont. - *Biatorella Massal. Ricerch.* pag. 131 fig. 257).

Obs. Colligitur haec species pulcherrima Genuae (Prò S. Siro di strappa) nec non Parmae (Bosco di Scola) in Italia.

IX. *SAGIOLECHIA* NOV. GEN.

Apothecia punctiformia, primum omnino in thalli substantia inclusa, dein sensim erumpentia, prominula, urceolata, tandem gyroso-plicata, inaequaliter laciniate-stellata, centro papillata, patellularia, *excipulo* duplice praedita. *Interius* conicum elevatum erumpentem e substantia thalloidea hypothallinica ac mesothallinica in propriam mutata, *exterius* carbonaceo-amylaceum, discum omnino peritheci ad instar obtengentem, elabentem, instruta. *Lamina* proligera lichenina praedita, in centro plerumque papillata, gelatinosa, hypothecio cupulari agonimico imposta. *Asci* clavati 8-spori, paraphysibus crassis, obvallati; *sporidia* elliptica fusiformia costanter diaphana tetrablastia s. quadrilocularia.

Thallus tartareus amylaceus, areolato-contiguus, uniformis.

11) *Sagiolechia protuberans.*

Syn. *Lecidea protuberans* Ach. Schaefer! - *Bilimbia Massal. Ricerch.* pag. 122 fig. 238.

Obs. Genus obtinet medium locum inter *Gyalectas*, *Volvarias*, *Petracides*, *Thelotrema* etc.

X. HYMENELIA KREMP. (CH. AUCT.)

Apothecium subimmersum, *excipulum* duplex, *exterius* e *verruca* thalloidea superficiali compacta formatum, apice dehiscens, *interius* proprium immersum tartareum dehiscens apice connivens, basi sua thalamum amplectens. *Lamina* proligera discoidea subgelatinosa, lichenina praedita. *Ascis* multiformibus regularibus irregularibusve clavato-stipitatis 8-sporis, paraphysibus gelatinosis evanidis, obvallatis. *Sporidia* diaphana oleoso-monocularia, regularia vel irregularia v. polymorpha, sc. ovoidea, v. circularia, v. elliptica, v. angulosa, v. polygona, episporio lato cincta. *Spermatocalia* frequentissima papillaformia semiimmersa, *erismata* fasciculata, *tromodoblastia* elliptica.

Thallus tartareo-amylaceus uniformis, contiguus, areolatusve, effusus.

12) *Hymenelia Prevostii* Kremp.

Fl. 1852 n. 2. - Synon. *Hymenelia prevostii* a rosea Kremp! et b punctata (spermatocalia) - *Lecidea Prevostii* Schaer!

13) *Hymenelia hyascens* Massal.

Syn. - *Himenelia prevostii* v. *coeruleascens* Kremp! - forma punctata (spermatocalia)-*Verrucaria hyascens* Massal. Ricerh. pag. 177 fig. 357 - *Pyrenula* Ach! (Fide Schaer. Garov. etc.)

14) *Hymenelia coerulea* Nov. Spec.

Syn. *Biatora coerulea* Massal. in herb. - Legi ad saxa jurasicia Prov. Veronensis in oppido *Romagnano* (Serbaro).

15) *Hymenelia calcivora* Massal.

Syn. *Lecidea calcivora* Massal. Ricerch. pag. 78 fig. 158 -
Lecidea immersa v. *calcivora* Schaefer Lich. helv. n. 201 -
Lichen calcivorus Ehrh. (genuinus!)

16) *Hymenelia affinis* Nov. Spec.

Synon. *Biatora affinis* Massal. in herb. Legi ad saxa cre-
tacea Prov. Veronensis, in oppido *Tregnago* (M. Castello).

17) *Hymenelia lithofroga* Nov. Spec.

Sin. *Biatora lithofraga* Massal. in herb. Legi in oppido *Tre-
gnago* (M. Brojo - Viacara etc.)

XI. ENCEPHALOGRAPHA NOV. GEN.

Apothecia primum fere punctiformia, matricibus immersa,
dein emersa plus minusve patellularia, elongatula, cylindrica,
tandem multiformiter intertexta canaliculata, v. in globum eleva-
tum intestiniformem spiraliter-gyrosum, aggregata: *excipulo* pro-
prio, carbonaceo aterrimo, discum fulciente, praedita. *Lamina*
prolignera absque lichenina, tenuis subcilindrica. *Asci* rari, parvi,
8-spori, paraphysisibus granulosis, mucilaginosis, inconspicuis, ob-
vallati: *sporidia* elliptica primum diaphana dein fuscidula, medio
constricto-didyma bilocularia nucleolata.

Thallus crustaceus uniformis, amylaceus.

18) *Encephalographa Elisae* Nov. Spec.

Syn. *Opegrapha Elisae* Massal. in herb.

Obs. Genus Graphidearum praedistinctum!! Detexit Nob. *Elsa Parolnt*, praestantis botanicae cultrix, et quidem ad rupes dolomiticas oppidi *Olerii* apud jam cognitas speluncas; quapropter ejus nomini dicatam speciem volumus.

19) *Encephalographa rubiformis* Nov. Sp.

Syn. *Opegrapha rubiformis* Massal. in herb. Ad saxa jurasicae Forijulii in oppido *Alloc* (Pulfero) legit *Sabbata* Farmacopola.

XII. LEGIOPHRAGA NOV. GEN.

Thallus proprius nullus. *Apothecia* parassitica punctiformia immersa, dein emerso-sessilia lecideaeformia pulvinata, tandem lirellaeformia-scutellata, gyroso-plicata, excipulo carbonaceo proprio aterrimo instructa. *Lamina* proligera tenuis absque lichenina, subcylindrica, hypothecio pingui gonidiis impolito, imposta. *Asci* crebri 8-spori, paraphysisibus crassiusculis coloratis, immixti; *Sporidia* elliptica primum diaphana homogenea, dein 2-4-locularia, tandem tetrablastia-aplopyrenia fuligineo-fusca.

Obs. Genus dubium, fortasse ad *hysteria* referendum

20) *Leciographa parassitica* Nov. Spec.

Syn. *Opegrapha parasitica* Massal. in litt. ad divers. Legi ad sax. jurasica oppidi Tregnago, in thallo *Urceolariae Calcareae*.

XIII. KREMPELHUBERIA NOV. GEN.

Apothecia catothalama primum punctiformia immersa, thallique in substantia omnino clausa, dein erumpentia lecideaeformia, tandem urceolato-sessilia, naviculari-sublirellaeformia, proiecta aetate rugoso-dissiformia, excipulo dupli, *exterius* e substantia

thalloidea amulacea nonnunquam oblitterata, *interius* proprium corneo-carbonaceum, constituta; *lamina* proligera pinguis gelatinosa hypothecio crasso imposta, perithecioque evanido tecta, margine proprio cincta, lichenina destituta. *Asci* creberri-mi cylindraceo-elongati sere in stipitem attenuati, 8-spori, paraphysisibus capillaribus tenerrimis creberrimisque, obvallati, *Sporidia* uniserialia, tenerrima mucilaginosa, ex mera lichenina composita (*), ovoidea, oleoso-viridula, tandem leviter fuscidula, tetrablastia-diplopyrenia.

Thallus uniformis tartareo-amylaceus effusus, nonnunquam obsoletus.

Obs. Locandum hoc genus inter *Graphideas*, prope *Lecanactides*. Dicatum Praeclaro lichenographo atque amico, D. Krempelhuber Monacensi.

21) *Krempelhuberia Cadubriae.*

Syn. *Lecanactis Massalungi* Montagn. in litter. 1854. *Opegrapha Cadubriae* Massal. in herb. Legi magna manu in Alpibus *Cadubriae* Provin. Bellunensis (Comelico) in loco dicto *M. Spina* ad Fagos.

B. ANGIOCARPI.

XIV. SPHAEROMPHALE REICH. (EMEND.)

Apothecium e subiculo oriundum, in thalli substantia primis immersum, dein prominulum, conoideum, *excipulo* duplice praeditum: *exterius* e substantia thalloidea v. tuberculo thalloideo formatum; *interius* proprium corneo-carbonaceum subtus deficiens, apiceque prominulum, thalamum, absque lichenina, sari-

(*) Cum jodio nullam exhibet reactionem mucilago hymenea, et tantummodo spore, coeruleo colore tinguntur.

uoso-gelatinosum, servans. *Asci* clavati 1-2-3-spori, mucilagine granulosa, immixti, *sporidia* ovoideo-elliptica, tetrablastia-diplopyrenia, primum diaphana, dein badia, tandem fuligineo-opaca.

Thallus cartilagineus, effusus, squamulosus foliolosus.

Obs. Differt hoc genus a *Polyblastis*, sicut *Lithoiceae* a *Verrucaria*.

22) *Sphaeromphale Silesiaca* Massal.

Syn. *Sphaeromphale thelostoma* Koerb! (non Reichen.) in Litter. - Legit Koerb. ad saxa in Silesia (Hirschberg.)

XV. BLASTODESMIA MASSAL. (EMEND.)

Apothecium sessile semi-immersum, *excipulo* simplici proprio (peritheciu) carbonaceo cupuliforme subtus late deficiente, thalamiumque, absque lichenina, farinosum, servante, praeditum. *Asci* creberimi 8-spori, paraphysisibus mucilaginosis, obvallati, *Sporidia* elliptico-linearia oblonga utrinque obtusa, baculiformia 6-8-10-locularia (raro diplopyrenia) costanterque fuligineo-fusca.

Thallus hypophlaeodes.

Obs. *Blastodesmia lactea* Massal. Ricerca referenda potius est ad *Polyblastis*.

23) *Blastodesmia nitida* Massal.

Ricerca pag. 180 fig. 368 a, b.

XVI. ARTHOPYRENIA MASSAL. (EMEND.)

Apothecium solitarium v. aggregatum superficiare v. semi immersum hemisphaericum; *excipulum* simplex corneo-carbona-

ceum, absque lichenina, thalamium farinoso-gelatinosum, servans, primum clausum dein vix apice pertusum, tandem nucleo erumpente subdepressum, fatiscentem. Asci clavati 8-spori, mucilago hymenea vel paraphysibus mucilaginosis vix conspicuis obsoletisve, consiti. Sporidia costanter diaphana, ovoideo-elliptica v. elliptico-clavaeformia, medio constricto-didyma, inaequaliter divisa, 2-6-10-locularia, raro diplopyrenia.

Thallus uniformis effusus plerumque hypophlaeodes.

Obs. Huc referendae omnes *Arthopyreniae* Massal. Ricerch. exceptit. n. 308—310.

XVII. ACROCORDIA NOV. GEN

Apothecium semiimmersum v. innatum, conicum v. hemisphaericum, *excipulo* simplici corneo-carbonaceo subtus deficiente, praeditum, thalamumque gelatinosum, absque lichenina, servante. Asci cylindraceo-oblongi creberrimi 8 - spori, paraphysis distinctis capillaribus, obvallati; *sporidia* uniseriata ovoidea, oleoso-viridula, medio leniter constricta subdidyma, constanter bilocularia, aequaliter divisa, semper diaphana.

Thallus tartareo-farinosis vel stuppeus aracnoideusque uniformis, effusus.

24) Acrocordia gemmata.

Syn. *Arthopyrenia* Massal. Ricerch. n. 308 pag. 166.

25) Acrocordia Garovaglii.


Syn. *Arthopyrenia epipolaea* Massal. Ricerch. loc. cit. n. 310 escl. syn. (si n. 99 Hepp. Flech. Europ. sit genuina species.) - *Verrucaria epipolaea* et *conoidea* Garov! nec Ach. nec Fries.

Apothecia solitaria catothalama s. ex hypothallo oriunda, primum punctiformia omnino clausa, in thalli tuberculis, inclusa, dein emergentia urceolata, tandem fere patellaria elevata: *excipulum* duplex, *exterius* crassum conico-truncatum e tuberculo thalloideo unico formatum, *interius* proprium carbonaceum omnino clausum subtusqne deficiens, thalamumque farinosum, absque lichenina, tandem irregulariter fatiscens, servans. *Asci* clavato-saccati octospori, paraphysibus granulosis crassiusculis, mucilaginosis, obvallati; *sporidia* ovoidea diaphana homogenea, intus nubilos-granulosa. *Spermatocalia* minuta pyriformia, *erismata* articulata, *tromodoblastia* lineari-elliptica.

Thallus crustosus, cartilaginosus, areolatus, ex areolis planis v. tuberculiformibus discretis, elevatisque constitutus, hypothallo nigro byssideo effuso, insidentibus.

26) Mosigia gibbosa Fr.

Syn. Sagedia gibbosa Fries lich. Eur. - Pyrenula gibbosa Ach. - Pyrenothea gibbosa Massal. Ricerch. pag. 152 fig. 298 (*tromodoblastia*) - Lecanora Grimselana Massal. Ricerch. pag. 1 fig. 2 - Parmelia badia v. dispersa Schaer ! - Verrucaria Grimselana Hepp. Flech. Eur. n. 225.



APPENDIX

Quum tempus in praesenti desit ut aliquid adjiciam, adnotabo per transennam, aliquot emendationes, quae faciandae sunt meis opusculis lichenologicis, et nomina tantum recenseno nonnullarum lichenum specierum, quas novissime detexi, praeterito autumno, in Alpis Venetis. —

27) Callopisma Dalmaticum Nov. Spec.

Legit ad saxa in Dalmatia Cl. D. Lanza.

28) Pannaria Gayana.

Syn. *Parmelia* Montag ! - *Pannaria chilensis* Fée , Massal.
Ricerch. pag. 411)

29) Rinodina Lecanorina.

Syn. *Mischoblastia* Massal. Ricerch. pag. 41 fig. 70.

30) Rinodina oxidata.

Syn. *Mischoblastia* Massal. Ricerch. pag. 42 fig. 73.

31) Lecidea thrombioides.

Syn. *Verrucaria thrombioides* Massal. Mem. lich. pag. 144
fig. 173 fab. 26.

32) Lecidea confluens v. tumida.

Syn. *Lecidea tumida* Massal. Ricerch. pag. 68 fig. 127 - *Biatora confluens* v. *vulgaris* Hepp Flech. Eur. n. 125 (affinis,
quoad thallum, sed apothecia in v. *tumida* triplo majora).

33) Catillaria Philippea.

Syn. *Lecidea* Montag ! - *Lecidea lutosa* Montag. (non Ach.)
Catillaria Massal. Ricerch. pag. 79 fig. 159.

34) Catillaria Ricasolii.

Syn. *Abrothallus* Massal. Ricerch. pag. 89 fig. 183.

35) Catillaria arthonioides.

Syn. *Lecidea* Fée - *Abrothallus* Massal. Ricerch. pag. 89
fig. 184.

36) Catillaria (Buellia ?) exilis.

Syn. *Abrothallus* Massal. Ricerch. pag. 88 fig. 182 - *Lecidea*
synothea v. *exilis* Flork !

37) Biatora Boutellii.

Syn. Leeana deinde Parmelia Desmaz! Plan. Crypt. n. 1595 -
Lecidea rosella Mer.

38) Buellia leptocline.

Syn. Buellia saxorum Massal. Ricerch. pag. 82 fig. 169. -
(Cum Lecidea Spuria Hepp. Fl. Europ. nihil prorsus com-
mune habet !) - Lecidea leptocline Fw. ! Fide Koerb.

39) Buellia (Catolechia?) scabrosa.

Syn. Lecidea scabrosa Ach. Meth.

40) Diploicia Cacuminum Nov. Spec.

Obs. Proxima, sed diversissima *Psorae nimbosae* Hepp (Diplo-
icia nimbosa Massal.) Fl. Europ. n. 82 - Mea *Diploicia mu-*
scorum Ricerch. nihil commune habet cum *Lecidea insigni*
ab Heppio evulgata.) - In summis *M. Spina* alpium Cadu-
briae. Legi.

41) Diploicia nimbosa.

Syn. Psora nimbosa Hepp. Fl. Europ. n. 82 ! Parmelia am-
niocola var. nimbosa Schaer. Enum.

42) Diploicia Trevisanii.

Syn. Psora Trevisanii Hepp. Fl. Europ. n. 80 !

43) Biatora cadubriæ Nov. Spec.

Legi in Alpibus Cadubriæ in loco dicto *Col della Favola*
ad truncos *Pinorum* propre pagum *Aurantium*.

44) Arthrosporum accline.

Syn. Lecidea acclinis Fw! Fide Koerb. - Arthrosporum po-
pulorum Massal. Mem. lich. pag. 128 fig. 199 tab. 29.

45) Psora lugubris.

Syn. Lecidea lugubris Fries ! Fide Krempel.

46) Haematomma elatinum.

Syn. *Loxospora elatina* Massal. Ricerch. pag. 158 fig. 272
sporae immaturae.

47) Petractis Friesii.

Syn. *Gyalecta discolor* Fw! - *Gyalecta Friesi* Fw - Fide
Koerb.

48) Gyalecta ? abstrusa.

Syn. *Lecidea cornea* v. *abstrusa* Schaer. Enum. - *Gyalecta Wahlemburgii* v. *truncigena* Schleich! Fide Koerb.

49) Rocella intricata Montagn !

Syn. *Rocella Flaccida* Massal. Mem. pag. 69 tab. 12 fig. 77.

50) Endocarpon Moulini Mont.

Obs. Optima ac formosissima species!

51) Endocarpon miniatum v. exasperatum.

Syn. *Endocorpon Moulinii* Massal. Ricerch. pag. 186 - Schaer
Enum. (non Moutag.) - Specimem ab *Heppio evulgatum*
Fl. Eur. n. 218 nihil commune habet cum *End. Moulini*
a Schaererio edito!, quapropter omnia synon. emendanda.

52) Dermatocarpon clopimum.

Syn. *Dermatocarpon glomeruliferum* Massal. Mem. Lich.
pag. 141 - *Thelotrema clopimum* Hepp. Exs. Fl. Eur. n. 101
exclus. syn. Schaer. et Massal (si vera sit Heppii species!) -
Thelotrema Schaereri Hepp. exs. Fl. Eur. n. 100 exclus.
syn. Trevis. et Montagn!

53) Dermatocarpon protuberans.

Syn. *Paraphysorma protuberans* Massal. Ricerch. pag. 117
fig. 228 - *Lecanora cervina* v. *protuberans* Schaer! - (The-

Iotrema clopimum v. *porphyrium* Hepp. n. 102 - *Verrucaria porphyria* Meyer. - *Pyrenula Schaer.* Enum. ??)

54) *Dermatocarpon Ambrosianum.*

Syn. *Paraphysorma Ambrosianus* Massal. Mem. Lich. pag. 156 fig. 162 tab. 24.

55) *Dacampia Engeliam.*

Syn. *Sagedia Engeliam* Saut! in Rabeh. Bot. centralb. 1846 n. 20 Fide Krempl!

56) *Omphalaria nummolaria Montag.*

Syn. *Collema Duf.* - *Collema helvelloideum* Dntrs! Garov! (non Ach.) *Omphalaria?* *helvelloidea* Massal. Mem. lich. pag. 90 fig. 108 tab. 17.

57) *Porina tenebricosa Nov. Spec.*

Syn. *Porina muscorum* v. *tenebricosa* Massal. in herb. - Legi ad truncos Pinorum in Alpibus Cadubriae, in tenebricosis, in loco dicto *Tre Ponti* prope Aurantium.

58) *Verrucaria Auruntii Nov. Spec.*

Obs. Proxima *Verr. aethiobolae* Wal. et *V. Flotowiana* Heppi, sed satis diversa. Legi in Alpibus Cadubriae prope pagum *Auruutium* ad rupes dolomiticas.

59) *Verrucaria confluens Nov. Spec.*

Obs. Proxima n. 93 Hepp. Fl. Europ. sed diversa. - Legi ad saxa arenaria corrupta Prov. Veronensis, in oppido *Tregnago* (M. Castello).

60) *Verrucaria (amphoridium?) Dolomitica Nov. Spec.*

Syn. *Verrucaria epipolaea* v. *albida* Garov! forma. Legi ad saxa Dolomitica Prov. Veronensis, in oppido *Giazza*, nec non ad *Larium lacum* Garov!

61) Lithoicea Funkii Massal. Mem. Lich.

pag. 143.

Syn. *Pyrenula Funkii* Spreng. *Funk. Crypt. Germ.* n. 658! -
Verrucaria Leightonii Hepp! *Fl. Eur.* n. 95 syn. castig. -
Verrucaria viridula Massal. (*non Ach!*) *Ricerch.* pag. 171
fig. 543. - *Lithoicea* Massal. *Mem. pag. 142.*

62) Lithoicea ? laevata.

Syn. *Verrucaria laevata* Ach. *Schaer. Enum.* 217! *Fide Koerb.*

63) Lithoicea tectorum Nov. Spec.

Syn. *Verrucaria tectorum* Massal. in litt. ad divers. - Legi
ad tecta Provin. Veronensis, potissimum in oppido *Tregnago*.

64) Amphoridium uberinum Nov. Spec.

Obs. Legi ad saxa arenaria jurasica Prov. Veronensis in op-
pido *Tregnago* (*Fontanine*).

**65) Amphoridium (Nov. Genus?) amy-
laceum Nov. Spec.**

Syn. *Verrucaria amylacea* Massal. in herb. Legi ad saxa
eocenica Prov. Veronen. in umbrosis *M. Purga* oppidi *Velo*.

66) Sagedia Oleriana Nov. Spec.

Obs. Legi ad saxa dolomitica Prov. Vicetinae, prope spe-
luncas oppidi *Olierii*.

67) Pyrenula Schaererii.

Syn. *Verrucaria Schaererii* Fw! *Fide Koerb.* - *Pyrenula*
quercus Massal. *Mem. lich. pag. 138 fig. 170 tab. 25.*

68) Polyblastia ventosa Nov. Spec.

Syn. *Verrucaria ventosa* Massal. in herb. Legi ad saxa cre-
tacea Pr. Veronensis in ventosis oppidi *Tregnago* (*M. Via-
cara, M. Brojo, Precastio, Gardon etc.*)

69) Polyblastia dermatodes Nov. Spec.

Syn. *Verrucaria* Massal. in herb. Legi ad saxa eocenica corrupta Prov. Veronensis, in umbrosis oppidi *Velo*, *M. Purga*.

70) Polyblastia rupifraga Nov. Spec.

Syn. *Verrucaria* Massal. in muscr. Legi cum priore.

71) Polyblastia Lariana Massal.

Syn. *Verrucaria rupestris* v. *calciseda* Garov! (non Schaer!).
Legit circa *Larium Lacum* ad saxa calcareo-bituminosa
Clar. Prof. Garov!

72) Arthopyrenia cinerescens Nov. Spec.

Obs. Legit ad *Fraxinos* prope *Bassanum* (Campo di Rimano)
Pharmacopola Fr. Beltramini.

73) Enchylium Rubbianum Nov. Spec.

Syn. *Collema monocarpum* Duf.?? Legit ad saxa arenacea
M. Rubbi in Prov. Vicetina, Fr. Beltramini.



Errata graviora

corrigere

Fag.	Lin.		
5	29	cerulescit	coerulescit
7	8	paraphysitus	paraphysibus
7	15	spororum	sporarum
8	1	protigerā	proligerā
8	2	excipulum	excipulum
8	6	thallus ea subfoliosus	thallus subfoliosus
8	11	acromatica	achromaticā
8	16	Flora Regnnesa. Ratisb.	Flora Ratisb.
8	19	orinuda	oriunda
8	19	siam	jam
8	20	cephaloidea	cephaloidea
8	22-23	intesta	imposita
8	24	claraeformibus	clavaeformibus
8	25	elleptica	elliptica
8	25	oblongiuscula	oblongiuscula
8	26	subveniformia	subreniformia
14	6-7	Farmaceopola	pharmacopola
22	6-7	Engeliam	Engelianā
22	20	Auruutium	Auruntium
24	11	di Rimano	di Romano

Seeds of	12
<i>Amomum</i>	12
<i>Bambusa</i>	12
<i>Balansia</i>	12
<i>Benthamia</i>	12
<i>Cyperus</i>	12
<i>Ginger</i>	12
<i>Lemna</i>	12
<i>Miscanthus</i>	12
<i>Pennisetum</i>	12
<i>Pithecellobium</i>	12
<i>Ranunculus</i>	12
<i>Schoenoplectus</i>	12
<i>Typha</i>	12
<i>Zizaniopsis</i>	12

MONITUM.

Apud bibliopolam A. F. Münster, Venetiis aut Veronae, sunt
venalia sequentia opuscula lichenographica, ejusdem auctoris:

- 1) Nota sulla *Lecidea Bolcana* di Ciro Pollini.
Veronae 1851 - 8 pag.
- 2) Animadversio in *Lecideam Bolcanam* Cyrii Pollinii.
Ratisbonae 1851 - 6 pag. - vel Bononiae 1852.
- 3) Sporodictyon novum Lichenum Genus.
Ratisbonae 1852 - 8 pag. 1 tab. lith. - Vel Bononiae absque tabula.
- 4) Amphoridium novum Lichenum genus.
Ratisbonae 1852 - vel Venetiis 1853, 12 pag. 1, tab. color. lith.
- 5) Sui generi *Dirina* e *Dirinopsis* della Famiglia dei Licheni.
Vindobonae 1852, 18 pag. 4 tab. lithog.
- 6) Synopsis Lichenum blasteniospororum.
Ratisbonae 1852, 16 pag.
- 7) Ricerche sull' antonomia dei licheni crostosi.
Veronae 1852 - 221 pag. 64 tab. lithog. cum 400 figur.
- 8) Memorie Lichenografiche.
Veronae 1853, pag. 131, tab. 29, cum 200 fig. lithogr.
- 9) Monografia dei Licheni blasteniospori.
Venetiis 1853, pag. 131, tab. 6 dupl. 36 fig. lithogr.
- 10) Summa animadversionum in duos postremos fasciculos Li-
chenum Helveticorum editos a L. E. Schaeerer.
Veronae 1853, pag. 13.
- 11) Osservazioni sopra i due ultimi fascicoli di Licheni pub-
blicati dallo Schaeerer.
Bononiae 1853, pag. 26, tab. 2 lithogr.
- 12) Alcuni generi di Licheni nuovamente limitati e descritti.
Veronae 1853, pag. 14.
- 13) Sulla *Lecidea Hookeri* di Schaeerer.
Veronae 1853, pag. 9, tab. 1 lithogr. - omnia in 8.^o